

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Iconothèque](#)[Collection](#)[Série C - 1616. Filippo Ferroverde, *Mythologiae libri* \(Padoue\)](#)[Item](#)[Mythologia, Padoue, 1616 - 88 : Castor et Pollux](#)

Mythologia, Padoue, 1616 - 88 : Castor et Pollux

1 médaillon

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série B - 1581. Pierre Eskrich, Images des dieux (Lyon)

[Images, Lyon, 1581 - 27 : Castor et Pollux](#) *a pour adaptation ce document*

Collection Série A - 1571. Giuseppe Porta et Bolognino Zaltieri, Imagini degli dei (Venise)

[Imagini, Venise, 1571 - 27 : Castor et Pollux](#) *a pour adaptation ce document*

Collection Série B - 1612. Pierre Eskrich, Mythologie (Lyon)

[Mythologie, Lyon, 1612 - 61 : Castor et Pollux](#) *a pour alternative ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrum Paulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616

ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute -
<https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830>

Formatin-4

Paginationp. 446

Exposition virtuelle[La "Mythologie" et ses gravures](#)

Notice créée par [Maria Laura Cucciniello](#) Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 11/04/2024





Ἐπιπέτοισι.

Habitabant Amyclae diuites

ἔ Πινδο concitari

Candidos equos habentiū Tyndaridaruū glorio-
si vicini.

Post eadem autem Castoris Castoreum vo-
catum tripudium in honorem Castoris fuit in-
stitutum, de quo meminit Pindarus in secunda
Ode Pyth. in eo autem armati iuvenes ex-
pūdiabant. Quidam tamen dixerunt ab ipsis Dio-
scuris post victos Gigantes id tripudium fuisse
excogitatum, atque Palladem legem Enoplam
cecuisse, inter quos fuit Ephicharmus, quam
legem postea Lacones cum tibiis in acie instru-
cti aduersus hostes vsurparunt: quod tamen
nonnulli à Caretibus inuentum fuisse inquit.
Dixerunt enim Cretenses non solum Casto-
reum, sed etiam Pyrrhichium melos excogitasse,
quod quidam Pyrricho Cretensi tribuunt,
inter quos fuit Sosibius. Alii Pyrrho Achillis
filio, qui armatus vsus est in victoria contra
Eurypylum & Telephum, id attribuunt. Ari-
st. primum Achillem ad pyram Patroeli Py-
rricho vsus fuisse inquit. Enimvero Castor,
& Pollux ob res preclare gestas in Deorum nu-
merum, sicuti antiquorum plerique, relati fue-
runt: cum mortales essent ut reliqui homines,
ut ait Paul. in Arcadicis. Fama est hos nauigan-
tium Deos, & omnibus nauigantibus salutare

tali de causa creditos esse: Cum iugens tempe-
stas Argonautas à Sigæo digressos inuasisset, at-
que pro illorum incolumitate vota Orpheus
concepisset, geminae flammæ circa Castoris &
Pollucis capita apparuerunt. Secuta est paulo
post admirabilis maris tranquillitas, & clemen-
tia ventorum: quamobrem credita sunt inesse
quædam in his iuuenibus diuinitas, & ignes illi
cum postea nauigantibus apparerent, Castoris
& Pollucis arbitrio apparere crediti fuerunt.
Putabantur idem seruare nauigantes in extre-
mo vitæ periculo constitutos, ut apparet ex
Idyllio Theocriti in Dioscuras, vbi signum esse
futuræ serenitatis inquit, apparet præsepe in-
ter asellos: his versibus:

ἄλλ' ἔμπης ὑμεῖς τὴ κ. ἐκ βεδῶ ἔλκοτε γῆρας
αὐτοῖσιν νάνταισιν ἰομένεις θανάσθαι.
ἀνδρῶν ἀπολήγοντ' ἀνεμοῖ, λιπαρὰ δ' ἔγαλ' ἀνά
ἀμπέλ' αἶγος, νεφέλαι δὲ διεδραμον ἀλλυδῆς
σῆλαι.

ἐκδ' ὄρκιοιτ' ἐφάνησαν, ὄναιτ' ἀνὰ μέσσω ἀ-
μαυρῶ

φάτνι, συμμάνοισα τὰ πρὸς πλόον ἔδια πάντα.
Ves tamen ex vndis naues seruatiū. Et ipsos
Nautas in summo positos discrimine vitæ.
Continuo venti cessant, fremitusq; minaciæ
Æquorū, aufugiunt nubes, ut sag, nitescunt,
Apparet præsepe simul tenue inter Asellos
Significans tranquilla maris tox omnia nautis.

Hæ